



1595

1595

1.
571.

26

CONCLUSIONES IVRIDICAE
DISPUTATIO OCTAVA.

DE MODIS TESTAMENTA INFIRMANDIS, ET DE INOFFICIOSO

TESTAMENTO DESUMPTAE EX

I. cum concordantibus tt.

ff. & Cod.

Q V A S

Divino aspirante Numine

SUB PRAESIDIO

Clarissimi & Excellentissimi viri,

Dn. IACOBI VVELSEN I. V. D.

& almae Salanae pub. Profess. pro ingenii
modulo defendere studebit

Ad diem 28. Augusti.

Johan. Wilhelm. Thenn.



I E N A E

TYPIS TOBIAE STEINMANNI.

ANNO MDLXCV.




S P L E N D O R E G E N E
R I S, O M N I V M T V M C H R I
S T I A N A R V M, T V M H E R O I C A R V M V I R T V
rum laude nobilissimo viro Domino M A R C O
Thenn/patrueli dilectissimo, literatissi-
moq; fautori suo plurimum
honorando,

*Hoc exiguum amoris sui symbolum, gratiq;
animi monumentum, debita cum
subiectione offert & con-
secrat*

Johan. Wilhelm Thenn.





C O N T I N U A T I O .

R E G V L A juris est τὰ ἐνόμως γινόμενα ἐνόμι-
να τρέπει δὲ α. Cum ergo S. Imper. Iust. a
titulo X. usq; ad præsentem XVII. quemadmodum
testamenta fieri iure debeant, docuit, quibus modis
eadem infirmantur, jam hoc tit. XVII. & XVIII.
tractari incipit, iuxta Aristotelem τὰ ἐναντία παρά-
λληλα μάλλον γνωρίζει.

a Theoph. in §. Διζήμεν. d. t. 17. & l. nihil
tam naturale l. ferè quibuscung; modis ff. de R. I.

T H E S I S I.



E S T A M E N T A I G I T V R
iure perfecta, usque eò valent donec
rumpantur, vel irrita fiant, vel per
querelam inofficiosi testamenti rescin-
dantur.

in princ. d. t. 17. cum t. seq. & l. 1. ff. de
iniusto rupto arg. & Vlp. in fragm. t. 23. Haro
menop. t. 6. lib. 5.

II.

Rumpuntur autem cum in eodem statu testatore
manente, ius ipsius ultimæ voluntatis iure perfectæ viti-
atur.

§. rumpitur. & ibidem Theoph. d. t. t. 17.

III.

Idque contingit duobus modis; mutatione testa-
menti, deinde agnatione.

Vlp. in princ. t. 23. & d. §. rumpitur cum seq. l. d. t. 17.

A 2 Mutatur



IV.

Mutatur primum, si id ipsum testator sciens prudensque, odio vel indignatione heredum motus, vel conscindit, delet, vel inducit, concellat, vel eiusdem testamenti sigilla turbat, aufertque.

l. 1. & 2. ff. de iis qua in testamento delentur. & l. nostram provisionem 30. vers. sancientes. C. de testamentis & l. ad testium §. si signa ff. eod. tit.

V.

Deinde si testator priore testamento iure facto, secundum æquè iure fecerit, nec interest in posteriore testamento ex legitima portione, vel certis rebus heres sit institutus, item extiterit heres vel non, modo ex secundo testamento existere potuerit.

§. posteriore quoque cum §. sed & si quis & ibidem Theoph. d. t. 17. & Harmenop. d. loc.

VI.

Sunt tamen casus, quibus testamentum secundum etiam, non iure perfectum rumpat prius & superius. Primus est, si secundum sit factum iure militari, deinde si in eodem sit heres institutus, qui ab intestato est successurus &c.

l. 2. ff. de iniusto rupto & l. hac consultissima. 21. §. si quis autem. C. de testamentis.

VII.

Agnatione quoque vera rumpitur testamentum, ut si post testamentum, vel mortem testatoris, posthumus, qui nec est institutus neque exheredatus nascitur suus heres: deinde quasi agnatione, ut si filius postea arrogetur vel adoptetur secundum Iust. const. vel nepos succedit in locum suorum.

l. 6. ff. de iniusto rupto. & §. 1. n. t. 17. & §. posthumo cum §. de exhered. liber. & Vlp. in Fragm. d. t. num. 3. §. item agnatione cum §. seq.

VIII.

Quæritur autem: An legitimatus post testamentum

tum

573.
tum patris, si in eo sit præteritus, rumpat tale testamē-
tum, & num quid talis legitimatus habeat jus dicendi
nullum de iure civili, vel utrum habeat ius contra tabu-
landi de iure prætorio, quando est præteritus? affirma-
tur.

IX.

Irrita testamenta fiunt, capitis diminutione, maxi-
ma, media & minima.

*l. 6. §. irritum fit testamentum ff. de iniust. rupt. & §. alio quoq;
modo. n. 1. 17. & l. 1. ff. de bonor. possess. secundum tab.*

X.

Maxima capitis diminutione vitatur testamentum
si testator maior 20. annis se venundari passus est, vel da-
mnatus est capite, vel ad bestias, vel ad gladium, vel ad
alia pœna, quæ vitam adimit, Hodiè tamen damnato-
rum bona pertinent ad liberos, vel parentes eorum, qui-
bus deficientibus ad fiscum.

*§. ult. ut nulli iudicem liceat. t. 9. coll. 9. d. l. 6. §. irritum ver-
sic. vel si maior ff. de iniusto & c. §. pœna l. 5. quib. modis patria po-
testas & §. maxima §. de capitis dimi.*

XI.

Hic quæritur: quia ab hostibus captus testator, si
servus hostium, an eius testamentum valeat? R. aut re-
vertitur, & valet iure postliminii, aut apud hostes mo-
ratur, & valet ex *l. Cornelia §. ult. l. quib. non est permiss. fac. test.
& Iulius Paulus lib. 3. t. 6. in pr. & l. Cornelia ff. de testamentis & l.
6. §. quatenus ff. de iusto rupt.*

XII.

Media capitis diminutione irritum fit, cum ipsemet
testator deportatur à magistratu, qui ius deportandi
habet, nam si quis præsidis sententia damnatur ad de-
portandum, ante confirmationem principis, regulari-
ter non valet damnatio.

*d. l. 6. §. eius qui deportatur ff. de iniusto rupt. & l. eius §. si
cum aqua ff. de test. & §. minor l. de cap. dim. & §. cum autem l.
quibus mod. patr.*

XIII.

Minima capitis diminutione irritum fit testamen-
tum,

A 3

tum, cum ipsemet testator arrogatur, quia cum capite
fortunas suas in familiam & domum alienam transfert.

l. qui ex liberis meis 1. §. *testamento facto* ff. *de bonorum posse*
secundum tab. & §. *1. 1. de acquis. per arrog.* §. *lib. 3. 1.*

XIV.

Si tamen perpeffus diminutionem, vel maximam
vel mediam, à principe restituitur in integrum, testamen-
tum ante capitis diminutionem factum, in rem recipit
vires: sic si arrogatus iterum fuerit emancipatus, testa-
mentum prius factum re convalescit.

§. *non tamen, n. 1. 17.* & *d. l. 6. §. quatenus, vers. ergo* ff. *de in-*
iusto, rupt.

XV.

Deniq; per querelam inofficiosi testamenti, testa-
mentum infirmatur & rescinditur. Estq; querela inoffi-
ciosi testamenti, actio, qua testamentum contra ius na-
turae & pietatem sanguinis conditum rescinditur, here-
ditasq; petitur. *l. t. 18.* & ff. & *C. eod.*

XVI.

Querela itaq; inofficiosi testamenti competit tam
descendentibus *a* quam ascendentibus *b*, item & col-
lateralibus proximis *c*, ut parentibus, liberis, fratribus
sororibus germanis, consanguineis, quibus iure debe-
tur legitima, non aliter tamen, quam si turpes personae
instituta fuerint *d*.

a *in l. liberorum* 220. *in prin. de V. S. Novell. 18.* & *118.*
c. 1. b l. cum filium 17. *C. h. n. t. c l. fratres* 27. *C. eod. Novell. 1.*
§. *primum itaq;* *d d. l. fratres* & *ibi Paulus de castro C. n. 4. Hartm.*
Pist. l. 1. q. 1. c. v. q. 3. nu. 3.

XVII.

Et instituitur querela inofficiosi testamenti, contra
heredes scriptos vel nuncupatos, tam directos, quam
fideicommissarios cuiuscunq; dignitatis. *l. Papinianus §.*
imperator ff. n. t. l. 1. & *l. si heredum C. eod. 1.*

XVIII.

Querelam tamen inofficiosi testamenti intentare
non possunt, liberi naturales sive spurii, nisi in testamen-
to matris, quae illustris non est.

§. 1. &

574.

§. 1. & 2. l. n. t. l. Papinianus 8. ff. n. t. glos. in l. 1. super verba
naturales ff. de honor. poss. contra tab. l. si suspect. §. 1. ff. n. t. §. novis-
sime l. de S. C. Orph.

XIX.

Nec competit iis querela inofficiosi testamenti, ut
filiabus, quæ statuto vel consuetudine à successione ab
intestato exclusæ sunt a, ut nec nepotibus b.

a Dd. in l. gallus §. & quid si testamentum ff. de liberis &
posth. Gomezius tom. 1. variar. resol. c. 11. n. 3. Afflictus decis. 158.
num. 6. b Natra cons. 199. n. 2. lib. 1.

XX.

Eorum etiam querela inofficiosi testamenti inutilis
est, quibus in testamento aliquid relictum est minus le-
gitima, ad supplementum tamen ij agere possunt.

§ sed hac ita l. n. t. l. 30. omnimodo C. cod.

XXI.

Cum vero hæc querela exheredatis vel præteritis
detur, heredi instituto onus probandi incumbit, de ino-
gratitudine ab exheredatis commissa, quam si non pro-
baverit testamentum infirmatur.

l. si quis filium circa finem C. n. t. & §. aliud in auth. de appell.
cognos.

XXII.

Non tamen in totum rescinditur, sed solummodo
quo ad institutionem, cætera verò in testamento con-
tracta, firma manent. §. si autem auth. ut cum de appell. t. 12.
coll. 8. auth. ex causa. C. de liberis præteritis. & maxime illud in quo
filius à matre vel ascendentibus per lineam maternam fuit præteritus
vel exheredatus Clarus in §. testamentum q. 52. vers. & quia.

XXIII.

Tutor tamen, si is nomine pupilli de inofficioso te-
stamento agat, & in iudicio succumbat, legatum quod
sibi relictum erat in eodem testamento, non amittit.

Ladoersus §. 1. ff. n. t. text. in l. 10. §. fin. & in l. 22. §. 2. ff. h.
n. t. & communiter Dd. in d. l. cum nemini suum officium debeat esse
damnosum l. 7. ff. testamenta quemad ap. l. 26. C. de adm. tut.

XXIV.

Legitimam igitur quis habere debet, ut de inoffi-
cioso

cioso testamento agere possit, eamque titulo instituti-
onis relinquendam esse, quodq; tam ex dispositione iu-
ris civilis requiritur, quam canonico.

*c. si pater lib. 6. alex. in l. inter cetera ff. de liberis & posth. §.
igitur quartam l. n. 1. & Vigel. ibid. d. auth. ut cum de appell. §.
aliud quoq;.*

XXV.

Ultimò hic non incommodè quæri potest: utrum
testamentum in quo filius in potestate patris constitutus
est præteritus, ipso iure sit nullum, absq; eo quod filius
dicat nullum? affirmatur.

P A R E R G A.

I.

Vtrum, si filia nupta renunciat bonis paternis,
maternis, & fraternis, & moritur ante fratrem mor-
tuo postea fratre, an filii sororis renunciantis, suc-
cedant una cum avunculis in hereditate fraterno-
rum, non obstante renunciatione cum juramento?
affirmatur.

II.

Vtrum in crimine usurarum, iudex secularis,
vel Ecclesiasticus possit inquirere ex officio, etiam
nemine accusante & usurarium punire aliqua poe-
na? Negatur.

III.

Vtrum merum imperium possit præscriptione
acquiri? affirmatur.

F I N I S.



Jura, Diss., 1573-1600

ULB Halle 3
003 609 308



S
Sb.








Oslo.

1595

1.
576

26
4



CONCLUSIONES IVRIDICAE
DISPUTATIO OCTAVA.

DE MODIS TESTAMENTA INFIRMANDIS, ET DE INOFFICIOSO

TESTAMENTO DESUMPTAE EX
I. cum concordantibus tt.
ff. & Cod.

Q V A S

Divino aspirante Numine

SUB PRÆSIDIO

Clarissimi & Excellentissimi viri,

Dn. IACOBI VVELSEN I. V. D.
& almae Salanae pub. Profess. pro ingenii
modulo defendere studebit

Ad diem 28. Augusti.

Johan. Wilhelm. Thenn.



I E N Æ

TYPIS TOBIÆ STEINMANNI.
ANNO MDCCCXCV.